



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

De prima parte præparativa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

terrenum & humanum, sed totum sit Diuinum; *Sic ro-  
tum alteratus, & Diuinus effectus, ut nihil respicias, nisi so. S. Bona in  
lum Deum.* In secunda actione, quâ sacris indueris ve- *Expos. Miss.*  
stibus, considera, quâ ratione Sacerdos vestibus sacris  
indutus repræsentet Christum cum instrumentis & my-  
steriis Passionis suæ. Amictus significat velamen, quo  
obuelatus fuit in domo Caiphæ: Alba vestem albam in-  
nuat iussu Herod. s. ei impositam: Cingulum indigitat  
funem, quo ligatus fuit in horto: Manipulus illum indi-  
cat funem, quo columnæ alligatus fuit: Stola vltimum  
funem denotat, quo colligatus fuit deferens Crucem ad  
montem Caluariæ: & Planeta seu Casula ipsam de-  
signat Crucem.

Præterea hæ sacræ vestes varias consignant virtu-  
tes, quibus Sacerdos ornatus esse debet: *Diligenter ad- Durand.  
uertat Sacerdos, ut signum sine significato non ferat, ut ve- lib. 3 c. 1.  
stem sine virtute non portet.* Amictus, significat Fidem:  
Alba innuit candorem Innocentiæ, Cingulū indigitat  
Castitatem: Manipulus indicat Patientiam: Stola deno-  
tat Obedientiam: Planeta seu Casula designat Charita-  
tem. Vestito ergo Sacerdote.

Sequitur tertia actio, quâ procedit versus altare, velu-  
ti alter Christus, in humeris portans Crucem versus  
Montem Caluariæ. Ubi considera, quomodo *Angeli pa-  
tiu amarè stentes*, deferant in processione instrumenta  
Passionis, Sacerdotem altare versus comitantes: ac sancta  
Dei Mater, aliæque Mulieres *plorantes & plangentes* pro-  
ximè subsequantur.

## In Missa.

Quinque sunt principales Missæ partes: Præpa-  
ratiua, Instructiua, Celebratiua, Perceptiua, & 3. p. 9 83.  
gratiarum Actiua.

## PRIMA PARS.

In prima parte Missæ, quæ est Præparatiua, continetur  
*Introitus, Kyrie eleison, & Gloria.*

In principio Missæ, cum te primò commendas An-  
gelo tuo Custodi tibi assistenti, veluti solet assistere Sa-  
cerdoti primitias celebranti.

1. Considera, quâ ratione Psalmus, *Judica me Deus, Deus.*

k 3 |

sit

fit quasi brevis quædam formula & compendium materiam & finis cœlestis legationis, quæ fungitur Sacerdos, quia in nomine Christi orat pro Ecclesia, *deduci* & *adduci*; *deduci* in via bona huius vitæ, & *adduci* in terminum beatum alterius vitæ. Idque per duo media: per hoc, nimirum, quod liberemur ac defendamur ab omni tentatione Dæmonum, nec non à gente non sancta & peruersa: & per illud, quod Diuina luce illuminemur.

*Confiteor.*

2. Considera sub *Confiteor*, quod, ut aduertit S. Bonauentura, tamen Sacerdos, tanquam Christi Legatus, repræsentat Christum; non tamen desinit esse, qualis se est, peccator. Quapropter profundissima humilitate confiteri debes culpas & peccata tua, intimo ac cordiali dolore ea deplorando ante conspectum Dei. Et in actu illo, quo stas ita profundè inclinatus, conice oculos in Infernum & pœnam æternam, quam ibidem ob peccata tua promereris: exorando eam hoc dolore sanctissimam Dei Matrem, ut veram tuipius cogitioem, veiamque obtrineat humilitatem, propter suam suiq; Filii humilitatem, quæ per eandem Sacerdotis inclinationem repræsentatur. Et propter eundem finem, veræ, videlicet, humilitatis, puritatisque cordis consecutionem, magno cum affectu ac deuotione recitabis duas alias orationes immediatè subsequentes: *Aufer à nobis, quasumus Domine, &c. Oramus te Domine, &c.* Hæc est optima, in opinione Gregorii, vnica & sola dispositio pro ingressu Sacerdotis ad altare: *Sola humilitas est officii Sacerdotis erectio.*

*lib. 1. Ep.*  
254.

*Kyrie eleison.*

3. Sub *Kyrie eleison* & *Gloria in excelsis*, considera presentis vitæ miseriam, & felicitatem alterius. *Kyrie* dicitur nouies: tria *Kyrie eleison* Patri, tria *Christe eleison* filio, & tria alia *Kyrie eleison* Spiritui sancto dicuntur, cum intentione orandi pro tribus humanis miseris ignorantia, culpæ & pœnæ. Et sub *Gloria in excelsis* corde saltem mentio fieri potest Beatæ Virginis, veluti supra dictum est Consideratione quarta Præparationis ieiuniorum.

*Secunda*

*Pars Missæ*  
*Instructi-*  
*ua.*

### SECUNDA PARS.

Secunda pars, quæ est instructiua populi, continet tria: Epistolam, Evangelium, & Credo. Et totum officium Sacerdotis non solum est orare pro populo; verum etiam prædicare.